



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

Disputatio IX. De Domino & regno diuino.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

morale, quod in puro physico non esse omissionis inuenitur: est æstimatio quadam communis, qua agere contra legem quis censetur, cum eam omissione transgreditur cum aduerentia legis, & libertate. Sed perit debere esse ens physicum, nec solum morale: quia cuiusmodi omissioni conuenit transitus de potentia ad actum, quod entis physici proprium est. Sed tamen proprius entis physici creati transitus de potentia ad actum est per posituum actionem, siue ab eo distinctam, siue ipsi identificatam, non autem per actionis defectum, seu negationem, ut puræ omissiones, seu carentiæ de potentia ad actum transeunt.

4. Opponunt de fide esse omnia in tempore capisse: sed, si carentiæ puræ dentur, verè & realiter fuerunt ex æternitate: ergo non caperunt in tempore. An, si in notione existentia eorum diuina, ut obicientes volunt carentiæ rerum stens, in tempore incipient? Nos autem facile respondemus esse, & fuisse realiter, nisi figmento rationis intercedente dici de carentiis non posse: quare verè, & realiter loquendo implicare in terminis minorem, imò quia rerum carentiæ in proprio suo elendi modo ab æterno fuere, verum de fide est omnia in tempore capisse: quia proprie nihil creatum ex æternitate fuisse, nisi quia ex ea non fuit aliquid, sed suo modo omnium remotiones fuere, verum esse potuit. Dices iterum, nisi Dei nolito carentia rei sit, Deus non poterit se expedire ad rei existentiam, vel negationem: ergo saltem cum altero extrinseco connexus erit. Distinctio antecedens, non poterit se expedire ab altero ex necessitate intrinseca Dei ipsius, nego; ex necessitate extrinseca, & intrinseca extremorum contradictorie oppositorum, scilicet rei, vel eius carentiæ, quia alterum ex eis necessario verificandum est, concedo; & nego consequentiam.

5. Opponit, Nihil caret existentia, quin detur notio existentia vel saltem scientia Dei de non existentia ipsius: aliter autem ex his posito implicat rem existere: ergo altera saltem est carentia existentia rei. Probatur hæc consequentia: quia, cum earum quavis rei existentia est impossibilis. Sed negatur facile consequentia: ad cuius probationem respondeo: non quidquid impossibile absolute; & utcumque, est, antecedenter, vel consequenter cum altero extremo contradictionis, esse formaliter. extremum alterum cum illo impossibile, ut mille exemplis lippis est, & tonioribus norum. Alioqui volitio efficax Dei de existentia, seu carentia Petri esset ipse Petrus: quandoquidem absolute cum eius negatione est impossibile. Et scientia item de eius existentia, & carentia Petrus esset, cum eius carentia repugnet. Sed quia horum impossibilitas cum Petri carentia altera antecedens, altera consequens, neutra est realiter formaliter Petrus. Ita ergo accidit notio existentia Petri, & scientia de eius carentia diuina. Quare oporteret ostendi impossibilitatem earum cum rei existentia formalem realem esse, ut in earum alterutra rei carentiam stare monstraretur. Id autem, probabiliter adhuc, suaderi vident exempla de volitione, & scientia diuina existentia Petri, quæ, super dedimus, aliæque innumera, quæ tædet recensere: sicut, & alias Recentium instantias referre, ac diluere.

6. Possibile est, inquit, nihil malum, seu imperfectum de facto dari: at, si dentur puræ carentiæ, ac non esse rerum ab omni posituo diuersa, id erit impossibile: ergo stant in aliquo posituo. Minor probatur: quia, & lux mala physice, seu imperfecta est: & carentia lucis similiter est mala. Alterutrum adesse necesse est, si carentia non in posituo consistant. Maiorem probant: quia alias Deus connecteretur cum aliquo imperfecto & malo hoc, vel illo distinctum. Ad hoc de connectione Dei respondimus numero quarto. Ceterum argumentum totum est carentia rerum in posituo consistant tenet, si tenet. Nam vel rem, vel eius carentiam dari necesse est: atque rem creatam imperfectam quid esse, & eius carentiam esse priuatiue malam, in quocumque stet, quatenus remouet ens posituum, quod bonum transcendentialiter est: quare eo sensu imperfecti & mali priuatiue oppositi ab omnibus negandum est antecedens: nam necessario dandum esse, vel suo modo
Christoph. de Orrega, de Deo Vno. Tomus I.

do, in rebus malum priuatiuum, vel entitatem posituam illi contradictorie formaliter oppositam, & repugnantem necessarium est: quare & utrumque abesse simul est omnino impossibile.

7. Rursus obiciunt. Deus non est mortalis, compositus, circumscriptus, mutabilis, &c. nihil significant à positua entitate Dei distinctum: ergo nec Petrus non existit, & similes quidquam à rebus diuinctum important. Vtræque enim propositiones negatiue sunt. Negatur facillime consequentia. Nam propositiones illæ, quæ negatiue videntur de Deo dici, negatiue vocentis solummodo sunt, re autem vera, atque ex parte obiecti significanti omnino affirmatiue. Nam immortalitas, quæ negatione mortalitatis; simplicitas, quæ negatione compositionis; Imminentas, quæ negatione circumscriptiois explicantur, positua profus prædicata diuina sunt, ut omnes Theologi statuunt. Negatiue vero propositiones de creaturis, negatiuum quid ex parte obiecti denuntiant, suntque non voce solum, sed re vera, & ex parte obiecti negatiue. Vnde argumentum est. Propositiones ex parte obiecti affirmatiue posituum significant: ergo & ex parte obiecti negatiue posituum etiam significabunt.

8. Obiciunt alij apud Comptonium supra. *Quod non est, iuxta Aristotelem, non scitur*: ergo, quod scitur, est: atqui sciuntur, seu cognoscuntur negationes, seu carentiæ: ergo non sunt ex his, quæ non sunt, sed quæ sunt: ac proinde posituum aliquid. Sensus axiomatis est: non sciri ut ens, quod non est, a verè cognoscente, ut ibi S. Thom. siue à nobis non sciri, ut non ens pure, sed entis adintra, ut obseruat Augustinus cap. 3. de vita; atque experimur omnes. Instat: res per se ipsas existunt: ergo per se ipsas sine superaddita carentia non existunt: consequentia hæc ridicula probatur. Primo: quia alioqui duo contradictoria simul falsa dari poterunt, v.g. *Nunc Antichristus est per seipsum sine superaddito*: atque: *Nunc Antichristus non est per seipsum sine superaddito*. Secundo inferitur alias, nulla dari contradictoria. Cum affirmatiua habeat pro obiecto ens, siue existentiam; negatiua vero non existentiam, seu entis carentiam quæ aliud ens est: ac proinde non sunt eiusdem de eodem. Responderetur ad primum secundam propositionem negantem esse manifeste veram: neque enim affirmat negationem Petri nunc esse per ipsam entitatem Petri sine superaddita negatione, seu carentia; sed Petri per seipsum, ac sine superaddito actualem existentiam, quæ in affirmatiua contradictoria asserbatur. Ad secundam nego non fore contradictoria eiusdem de eodem. Nam eadem existentia, seu entitas, & esse rei quæ affirmatur de illa in contradictoria negatur: in quocumque carentiæ consistant: multoque magis præter aduersarios argumentum: cum ex eis nemo carentias cum ente posituo, cuius carentiæ sunt, identificet, ne omnia chimæ reddat: sed cum alio, quod rei carentiam impediatur, quod implicat esse idem cum illa. Nos autem idem obiectum & affirmatum, & negatum assignamus.

9. Ex quibus omnibus constat rerum contingentium carentias in mera rerum remotione, & defectu formaliter stare sine vilo posituo, atque esse putum rei non esse, ut hæctenus Philoſophis, ac Theologis omnibus in consensu, atque in manifestis veritatibus sunt. Constat item nihil ab hisce Recentioribus asserti, quod communem omnium apprehensionem, fixumque, & statum sapientium omnium iudicium corrigendum aduersariorum argumentis euincat.



DISPUTATIO IX.

De dominio, & Regno diuino.

DOMINIUM, Regnumque Dei in hac disputatione coniunxi, quia utrumque sub generali dominij ratione coercesur. Etenim dominium alterum
V

ORTEGA
D. V. I. a

rum proprietatis, alterum iurisdictionis est. Illud dicitur dominium specialiter dictum, vt à Regno distinguitur. Dominium proprietatis est, potestas vtendi re prohibito sine iniuria alterius etiam venientis. Dominium iurisdictionis, est potestas legitima ius dicendi in alios. Vnde superiores omnes passim domini dicuntur. Quod si potestas hæc suprema in aliquo ordine sit, ac proinde in eo superiorem potestatem non habeat regia potestas, & Regnum est. Posui autem ultimo huius controuersia loco post disputationem de omnipotentia Dei nonam hanc de dominio Dei disputationem: quia dominium omne Dei præsertim, quod proprietatis est, in libera rerum à Deo creatione, & conseruatione fundatur, vt patet ex dictis controuersia 2. de Incarnat. ac proinde in eius omnipotentia. Licet autem creatio, & conseruatio rerum videatur ad hanc potestatem requiri: tamen non requiritur ad potestatem ex parte Dei, seu dominium purum, sed solum ad possessionem, quæ quidem relatiua verè est, & extremorum existentiam requirit: ac proinde attributum domini Dei non est in actu primo, sed in actu secundo. Et quidem verum est, neque dominium proprietatis, neque iurisdictionis irrationalibus posse competere, ac proinde disputatio hæc alias de prædicato intellectiui, & volitiui, siue de scientia, & voluntate videtur necessario supponere: quia vero horum integram vnumquodque controuersiam requirit, prædicata hæc supponenda vt certa hic sunt, ne disputationem de dominio ab omnipotentia, quæ eius fundamentum est, tam longè diuidamus, vt capacitatem subiectiuam illius tam longo examine in Deo prius statuamus.



QVÆSTIO I.

De Dominio proprietatis diuino.

DE dominio hoc videndum est, an Deo conueniat? Quibusque titulis: atque eius præ creatis dominis reliquis excellentia.

CERTAMEN I.

Dominium proprietatis Deo competere erga purè creata omnia, & ultra certissimum est.

1. Quod creata omnia, quæ de facto sunt est conclusio de fide: frequentissimè enim in Scriptura, & se dominum appellat Deus, & à Prophetis, & sacris scriptoribus appellatur. Omniaque creata Domini esse dicuntur. Psalm. 23. *Domini est terra, & plenitudo eius orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo.* Psalm. 49. *Si esuriero non dicam tibi: meus est enim orbis terra, & plenitudinem eius tu fundasti: Aquilonem, & mare tu creasti.* Ex hoc dominio omnia Deo seruire dicuntur, siue inanimatorum exceptione, in quibus larga solum quædam, licet propria, seruitus esse potest: cum strictè seruitus solum rationales creature capaces sint: ac proinde de his strictissima seruitute Deo seruire, atque in Dei seruis censeri. Primum constat ex Psalm. 118. *Ordinatione tua perseverat dies: quoniam omnia seruiunt tibi.* Secundum ex Iob 4. *Ecce, qui seruiunt ei, non sunt stabiles: & in Angelis suis reperit prauitatem.* Et 1. ad Timoth. 6. *Rex Regum, &*

Dominus dominantium. Dicitur sicut in Apocalypf. Dixi autem dominium Dei ad omnia pure creata extendi, vt Christi humanitatem, seu Christum, etiam, quæ hominem, à stricto Dei dominio proprietatis, atque à correlata propria seruitute secluderem ob rationes datas controuers. de incarnat. quartum proinde repetitione abstinco.

2. Probari solet hæc conclusio ex multiplici titulo, qui in Deo ad dominium, atque in creaturis ad seruitutem eius est: generalissimè ad creaturas aliquando existentes sunt, titulus creationis, & conseruationis. Si enim ex eo, quod bello capti perim ab hoste possunt, & tamen seruantur, iure naturali gentium in captis victis seruitus, atque in captiuitibus victoribus dominium proprietatis suboritur, vt controuers. de incarnation. ostendebamus: Porro iure in creatis omnibus, quæ Deus, non solum liberè conseruat, cum posset pro suo arbitratu destruere: sed & cum non erant liberè etiam, & omnino grauato è nihilo sui producta, stricta, & propria seruitus, atque in Deo ita eas producente, & adseruante dominium proprietatis adnascitur. Hoc Dei in creata omnia eis titulis dominium expressit aperte verbis recitatis numero primo, Psalm. 23. *Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo.* Rationem statim Pfaltes subdit: *quia ipse super maria fundauit eum, & super flumina preparauit eum.* Ethier. 13. *Tu fecisti calum, & terram, & quicquid cali ambitu conseruatur, dominus vniuersorum tu es.* Ad Roman. 9. *O homo, tu quis es, vt respondeas Deo? seu rationem factorum ab eo cogas. Nunquid dicit figmentum ei, qui se fingit: quid me fecisti sic: an non habet potestatem singulus luti ex eadem massa facere, aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam.* Quod argumentum à minori titulo ad maiorem deducitur, ac proinde efficacissimè probat. Nam nec figmentum ita essentialiter, neque ita adæquate, & totaliter à figulo pendet, sicut creatura à Deo. Nam & ab alio effingi posset: & non nisi ex massa argilla supposita posset ab illo efformari.

3. Porro creata omnia ita essentialiter à Deo pendere in fieri, vt sine ipsius actiua concursu nihil fieret expressum est Iob. 1. *Et sine ipso factum est nihil,* quoad conseruationem vero ex eadem essentiali dependentia facit etiam constat, si enim creaturarum absolutum esse essentia, & entitate sua à Deo dependens est, quantum erit earum esse absolutum dependentia à Deo necessario erit: ac proinde in conseruari etiam necessario dependebit à Deo earum absolutum esse, neque in hoc vlla est inter Doctores scholasticos, qui hæcenus scripta sua videntur, controuersia. Nam licet Durandus singulariter, imo temere iuxta nonnullos, cenear, Deum ad omnia immediatè non concurrere, tamen ad ea, ad quæ immediatum eius concursum admittit, scilicet materiam primam, & substantias per se subsistentes, non solum in fieri, sed etiam in conseruari ad eas concurrere, atque ad ea, ad quæ mediatè in fieri concurrunt etiam in conseruari mediatè concurrere fateatur, vt patet ex eius doctrina in 1. d. 37. quaestione prima, quare nullam in creaturarum dependentia à Deo in conseruari, & earum ab ipso dependentia in fieri differentiam recognoscit. Imo eandem veritatem de rerum, in conseruari etiam dependentia à Deo asseruit sunt Philosophi Platonici, qui dicebant, mundum pendere à Deo, sicut lumen à sole, & vmbra à corpore teste Marfilio Ficino 2. Theolog. Platonie. capite septimo, & Aristotel. primo, de celo capite nono, sub finem scribens. *Ab æterno, & immortalis suo dependere esse, & vitam alius perfectius, alius obscurius, &c.* Vt bene expendit Scaliger exercitationibus contra Cardanum.

4. Atque vt ex ratione facta constat, nisi essentialis dependentia in sui existentia, & absoluto esse creaturarum à Deo negetur, earum ab illo conseruatio negari minime potest. Ea vero negata & à se, & ab alio quouis esse, ac fieri poterunt, quin à Deo. Neque maior repugnancia inueniri potest in eo, quod creata à se, ac non à Deo fiant, quam in eo, quod non à Deo conseruentur.

Secundo

Secundo infertur, minus pendere creata à Deo, quam adus vitales à viuentibus: planta, & animantia à celo, & sole. Infertur tertio: effectus non magis à Deo, quam à causis particularibus pendere: ab vitroque enim in fieri indistinctibiliter pendens, quare nisi à Deo in conseruati pendere non magis à Deo pendebunt. Quarto mundus non pendebit à gubernatione Dei, nisi ratione primæ conditionis, qua rebus, vt se tueantur, & feruent vires, & facultatem indidit. Vnde non magis à Deo pendebit, quam artefactum quoduis firmiter extructum ab artefacte: ac proinde, pene otiosus in mundo esset Deus. Denique nullam substantiam creatam totalem, imo, neque materiam primam, posset Deus destruere. Neque enim potest subtractione concurrere conseruatiui, quem in opposita sententia negante Deo rerum conseruationem non præstat, neque productione alicuius incompossibilis repugnantis cum illis in rerum natura, atque eorum destructiuis, vt patet. Substantiæ enim substantiam penitere non potest, vt omnibus patet. Supponuntque Patres Concilij Francordienfis respondentes Felicianissimo ciuidam, vt vidimus ac rerulimus d. procem. de Trinit. & Incar. q. 2. cert. 5.

5. Sed veritatis eiusdem, firmiora adhuc, ex scriptura, & Patribus fundamenta habentur. Sapien. 11. *Quomodo possit aliquid permanere, nisi tu voluisses?* potest autem permanere, nisi ab eius voluntate omnium conseruatio penderet. Quod autem additur: *aut quod à te vocatum non esset conseruaretur?* non ideo est, quia ea solum ratione, qua primo facta, & vocata, seu euocata ex nihilo sunt, à Deo conseruata dicantur: sed quia permanentia, & conseruatio rerum præter influxum, anteaquam primam earum existentiam concernit: ac proinde rerum quod conseruatio dicit à Deo esse his verbis adiunctis ostenditur. Ad Hebr. 1. *Per stilum fecisse sacula Deus dicitur.* In quo rerum permanentia, duratio, & conseruatio continetur. Secundo hæc rerum dependentia à Deo in conseruati continentie vasis, quo fluida tenentur, ne disoluantur, effluant, & pereant, metaphora appositissima nobis explicatur Sap. 1. *Spiritus Domini replent orbem terrarum: & hoc, quod continet omnia, scientiam habet vasis, qua, inter alias, præfati id nobis docere.* Origin. 2. Petarch. *Quomodo in Deo viuimus, mouemur, & sumus? nisi quia virtus sua vniuersum constringit: & continet mundum? infra: vniuersum mundum virtus sua plenitudine replet, & continet.* Damasc. 1. fid. orth. c. 3. *Creatura conseruatio, conseruatio, & gubernatio docet nos Deum esse, qui istud vniuersum constituit, & continet, & prouidentia sua regit.* Idem docet c. 16. & Hieron. epist. ad Iulianum, & Augustin. 4. de Genes. c. 12. ex quo Iuliper. sent. 277. illud pendens. *Pater meus vsque modo operatur, ait. Continuationem quandam operis eius, qua simul omnia continet, & administrat, ostendit.* Sed omnium illustissime Dionys. 10. de diu. nom. dicitur, quod si omnium sedes, omnia continens, & completens, & unita stabiliens, fundans, atque constringens, & vniuersum in se insolubile prestans: & ex se voluit ex omni tenente radice, cuncta producens, atque ad se, vt ad emittentes suadum vniuersa conuertens, & continens, vt omnium sedes omni capax: omnia contenta vna præcedenti conuersione communi tenens, neque sinens ea sibi exidere, ne tanquam exaltissimo domicilio mora disperirent. Denique Anselm. illud ad Colos. 1. *Omnia in ipso constant, ita exponit, Quia sicut omnia creantur, omnia continent, & regit. Omnia in ipso constant, quia secundum immensitatem in circumscriptione, & incomprehensibile diuinitatis eius. Omnia sunt intra ipsum, & ne in nihilum redeant, per eum conseruantur.* Chrys. homil. 2. in Epist. ad Hebr. *Illud portans omnia, ex c. 1. Sic ecclesiis ferretur omnia, id est, gubernat omnia, sequitur eadem sententia, & ad nihilum tendentia continet. Idque magis, quod creatione esse ait. Nam in faciendo rerum quidem essentia producta sunt: in continendo vero ea, qua facta sunt, ne ad nihilum redeant continentur. Que etiam habentur in commentario, quod Ambrosio tribuitur, in Haimoue, Theophylacto, & aliis.*

6. Alia metaphora aequè illustri mantentionis diuinitatis, qua vniuersa creata tenent, ne decidant, eorum à

Deo conseruatio explicatur à Psalmista verbis illis Psal. 118. *si ascendero in calum, tu illic es: si descendero in infernum ades. Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.* Ab Augustino, & profero vbi proximè immediatis hæc ante recitata verbis. *Creatorum omni tenentis omnipotentia causa est subsistendi omni creature: qua virtus, si ab eis, que condidit regendi alio quando cessaret, simul omnium rerum species & natura conderet.* A Dionys. proximè recitato verbis illis. *Omniteneradice, quod alij: Omnipotente vertunt: cum tamen vox græca παράγωγη, quæ, Omnipotenti potius, quam Omnitenti aequalcat. Huic valde metaphora sustentationis, & portationis omnium conseruatio eunctorum creatorum à Deo tradidit Paulus verbis de Dei filio immediate sequentibus recitata ex prima, ad Hebr. que sic habent: *qui, cum sit splendor gloria, & figura substantia eius, portansque omnia verbo virtutis sue, &c. quem locum ita exponit Anselmus. Id est sursum tener, ne decidant, & in nihilum reuertantur, vnde creata ab ipso fuerant: & sustentat ea, non labore, & difficultate, sed imperio sua potentia. Idem significatur illis ad Colos. 1. Omnia in ipso constant, ad que Chrysost. homil. 3. in eam epist. legens: *In ipsum pendunt, ita scribit, scilicet: in ipsum pendet omnium hypostasis. Non solum ipse ea ex nihilo ad hoc, vt essent, produxit, sed, & idem ipse, nunc quoque, ea conseruat, & reuertur: ita, vt, si ipsius cura destituerentur mox perirent, & corrumperebantur.* Additurque: non crassiori conseruandi, sed subtiliori in ipsum pendendi vocibus Apostolum vltim: *quia dimittat ad ipsum annuere, & inclinari satis est ad conseruandum.* Bernard. præfat. in Psal. *Qui habitat, illud: portans omnia. Sic expendit. Quid enim timendum nobis, si ad sit, qui portat omnia? Quid est, quod rotam terra molem sustinet? & vniuersus orbis, cui innititur? Nam si est aliquid, quod sustinet omnia, ipsum à quo sustinetur? Non inuenitur, nisi virtus verbum omnia portans. Verbo enim Domini cali formati sunt, &c. Hugo de Sanct. Vict. 1. erudit. Theolog. *Nec sine eo potest aliquid subsistere, etiam per momentum ex omnibus qua fecit: quia omnia continet, & penetrat, & à nullo continetur.* Bernard. item 5. de consider. In quo omnia, non quasi in loco, sed quasi in virtute. Et serm. 6. in dedicat. Eccles. *Est in omni loco, omnia vniuersaliter continens, omniaque disponens.* Gregor. Mag. 17. moral. capite 18. metaphora illa mantentionis rem nobis ita explicuit. *Cuncta ex nihilo facta sunt: eorumque essentia rursus in nihilum tenderet, nisi eam auctor omnium regimini manuteneret. Dixerat autem paulo superius. Sunt enim hæc omnia, sed principaliter non sunt: quia in semetipsis minime subsistunt: & nisi gubernantis manuteneantur: esse nunquam possunt. Vtraque vero continentie, & sustentationis metaphora ad rem explicandam fuit vtilis. Moral. cap. 12. ad illa verba. *Cælum palmo metiens, & terram pugillo concludens. Ostenditur, inquit, quod ipse sit circumquaque rebus cunctis, quis creauit exterior. Per sedem ergo cui præsidet intelligitur esse interior, supraque: per pugillum, quo continet exteriori subterque signatur: quia enim ipse manet intra omnia, ipse extra omnia, ipse supra omnia, ipse infra omnia. Est superior per potentiam, & inferior per sustentationem, exterior per magnitudinem, interior per subtilitatem: sursum regens, deorsum continens, extra circumdans, interior penetrans. Nec alia parte superior, aut alia parte exterior, atque alia manet interior: sed vnus idemque totus vtiq; præsidendo, sustinens sustinendo, præsidens, &c.*****

7. Idipsum continua Dei in rebus, operatione, influxu, subministratoe tradidit Ioan. 5. *Pater meus vsque modo operatur, & ego operor.* Conseruatio scilicet rerum, August. 4. de Genes. ad litt. cap. 12. *vsque nunc à creatione, & ultra operatur eorundem generum administrationem, qua tunc instituta sunt: non vt ipso saltem die septimo potentia eius à cali, & terra omniumque rerum, quas condiderat, gubernatione cessaret: alioquin continuo dilaberentur. Creatorum namque potentia causa est subsistendi omni creature: qua ab eis, que creata sunt regendi: si aliquando cessaret, species, omnisque natura conderet. Neque enim*

ORTEGA
IN A. PARI
D. VIA

enim sicut Demus ab Architecto, inquit, in fieri solum à Deo creata pendet. Proinde cum Dominus ait: Pater meus usque modo operatur: continuationem quandam operis eius, quæ uniuersam creaturam continet, & administrat, ostendit. Quod sicut ex Scriptura probat: Et cap. 27. In chiro. Non sane creatoris desistente, bonitate, & malis Angelis ministrare vitam, uiuacemque potentiam: quæ ministratio, si auferatur, continuo interibunt. Quæ pluries alibi repetit. Ambrosius 7. in Luc. cap. 23. Denique: ut Deus ab operibus mundi quiescit? non ab operibus, cuius sempiterna, & ingis operatio est: sicut filius ait: Pater meus usque modo operatur & ego operor. In quem sensum hunc locum interpretatur Chrysost. hom. 27. in Ioann. Cyrill. 2. in Ioann. cap. 183. Theophylact. in 5. Ioan. apud Caten. S. Thom. August. iterum tract. 17. in Ioann. & quidem, cum ex Dei operatione sabbato erga omnia à mundi initio, paralytici curationem in Sabbato à se factam licet contra obmurmurantes Phariseos ostendat eo loci Christus male ostenderet, si rerum conseruatio à Deo non esset, nisi, quatenus primo in mundi creatione produxit, quæ postea sese conseruarent, ac propria operatione tuerentur. Neque enim magis operari postea cunctis diebus, Sabbati etiam Deus dici possit, quam, qui die Lunæ horologium, aut aquæ ductum continuo, ac proinde etiam Sabbati die, currentem struxisset. Accedat illud Matth. 5. Qui solem suum oriri facit super bonos, & malos; & pluit super iustos, & iniustos. Quibus quotidianam in nos Dei beneficentiam, non antiquam solum in prima rerum conditione, Christus commendat: maxime, cum tunc mali, & iniusti non fuerint. Dionys. 13. de diuin. nom. Perstringens ad omnia pariter, & supra omnia indeficientibus largitionibus, & interminabilibus operationibus, eamque largitionem esse semper eandem, & ineffabilem, & immutabilem: essentialem creaturarum à Deo dependentiam in essendo quandiu sunt hæc omnia scripturæ, & Patrum testimonia supponunt, quam supra diximus, quamque clarius nos docuit Bern. 5. de considerat. his verbis. Quid item Deus, sine quo nihil est? Tam nihil esse sine ipso, quam nec ipse sine se potest: ipse sibi est: ipse omnibus est: ac per hoc quo d' ammodo ipse solus est, qui suum ipsum est, & omnium esse. Ex quibus constat rerum omnium à Deo conseruationem de fide esse (ut supra citatus Hieronymus) Sicut etiam Dei cooperationem cum illis. Quare titulus hic Dominij diuini increata omnia, quæ sunt, inconcussa fide tolli nequit.

CERTAMEN II.

Prefati, alique tituli dominij diuini examinantur. Vbi de huius ad possibilia extensione.

1. **D**vos alios, vel tres titulos dominij diuini video ab auctoribus circumferri, qui mihi non probantur. Primus est gubernationis rerum omnium, quem quidem, si secludas rerum conseruationem, quæ in earum gubernatione includitur, atque secundus titulus dominij diuini increata conseruatur; tertium eius dominij titulum esse non video, sed iurisdictionis, seu Regni diuini actum, atque in creaturis rationalibus gratitudinis incitamentum; Quartus titulus redemptionis conseruatur à feruiture peccati, diaboli, & pœnæ. Sed præterquam titulus hic creatis omnibus communis non est, hominum tantum redemptionis dominij diuini, de quo disputamus titulus non est; sed dominij humanitatis Christi, seu eius, qua hominis in se recipit. Quintus titulus numerari solet (sed præcipue à Lestio 10. de attrib. cap. 5. §. quartus titulus) dominij diuini increata ratio ultimi finis, quæ in Deo respectu creaturarum est, ita, ut omnia natura, & essentia sua ad Dei gloriam, & propter Deum, cuiusque bonitatem sint facta: sicut artefacta, quia ad commodum, uoluptatemque hominum condita sunt, eis necessario debent inferuire.

2. Quod autem rerum omnium finalis causa Deus, cuiusque gloria sit probatur communiter ex Proverb. 16. Vniuersa propter semetipsum operans est dominus: impium quoque ad diem malum. Et ad Hebr. 2. Propter quem omnia. Et ad Roman. 11. Ex ipso, & per ipsum, & in ipso (græcè ἐκ αὐτοῦ) in ipsum seu propter ipsum. sunt omnia. Sed, ut taceam Deum eiuſue gloriæ causam ipsi finalem omnium, quæ facit, propriam non esse, ut controuer. de uolunt. ostendam, neque id citatis locis, maxime Pauli, contineri: quod dicitur eum esse titulum necessarium, & essentialem dominij creaturarum omnium falsissimum est. Ordinatio enim alicuius in alium tanquam finem, neque fini, dominij, neque ordinato ad illum, feruitus respectu illius, titulum affert, ut mille exemplis claret. Dicuntur autem media, & quæcumque, siue natura, siue ex arbitrio ordinata sunt, fini feruire, siue inferuire, non quidem feruiture propria, quæ dominio proprietatis responderet, (de quo in præfati) sed quatenus feruitus conseruationem significat, & feruire, conseruare: id clarius significat uerbum inferuire; quod in re hac uerbo feruire, de medijs respectu finis dicto, profus aquiualeat, & rigore sermonis responderet.

3. Sed, licet solidiores duo illi tituli creationis, & conseruationis pro dominio diuino adstruendo appareant, communiterque à Doctores habentur: Cetero tamen dominium diuinum eis titulis non fundatur; sed solius omnipotentia secundum se spectata, titulo à rebus, & operationibus ad extra absoluto diuinum dominium reuera inniti. Licet enim dominium respectum ad id cuius, seu in quod dominium est necessario sonet, neque aliter à nobis concipi queat: ac proinde illud concernat; sic tamen uera è genere suo, neque illud connotat, nec respicit. Quemadmodum neque actiua potentia è genere suo effectus possibilitatem concernit; licet nec significari, nec concipi sine respectu ad illam à nobis possit, ut de omnipotentia diuina ostendimus d. 7. quæst. 3. & de creatis potentis agentis cuiusvis naturalis uerolissimum indicabamus controuerſia physicoſ. Et sanè, si quid de physica potentia, seu potestate esset: de cuius uero dominij potestate planius est: cum potestas iudiciaria, quæ non minus subditos concernit sine eis actu assignatis absoluta esse possit: ut constat ex antiquis iudicibus Castellæ, qui nondum designatis subditis, & iurisdictione, potestatem absolutam iudicij riam habebant; licet ex parte obiecti conditionatam; & in potestate ordinis sacerdotalis, antequam ab ordinario ad confessiones audiendas approbentur. Si autem dominium, qua dominium, reallem, & uerum respectum non dicit ad rem, in quam est, ita est de Dei dominio censendum: cum diuinum quoduis prædicatum independentia omnis à creatis rebus, adhuc possibilibus, nedum existentibus, etiam tanquam à connexionis terminis magis deceat.

4. Insuper probatur: quia dominium Dei absolute attributum Dei est, ac proinde Dei intrinsecum, & essentiali physice: ergo omnino absolute à creaturis, maxime existentibus; alioqui eis, ut possunt, deficientibus aliquid Deo intrinsecum deficeret. Quod autem dominium Dei attributum intrinsecum sit constare uideatur. Inde enim prouenit, quod nullius creature dominio abdicare se Deus possit, ut uisè ostendimus controuer. 3. de incarnat. d. 1. quæst. 2. Dices dominium creaturarum non esse attributum Dei intrinsecum, & essentiali, ac proinde inabdicabile; sed, quia, cum fundetur in necessaria creatione, & conseruatione illarum à Deo co iplo, quod sint, sub dominium Dei non cadere, ab illoque subtrahi nequeunt: sicuti neque dependentia ab ipso se subtrahere. Sed contra est: quia, nisi aliud in Deo supponatur, nempe omnipotentia, & uoluntas, quibus potest rem producere, & conseruare, vel secus, ex prædicta productione, & conseruatione, nec dominium, neque inabdicabiliter illud haberet: est ergo in Deo ius, & potestas antecedens creationem, & existentiam rerum, ut, ubi primum sint, sine alicuius iniuria eius uoluntati, & arbitrio subiacent in omnem earum usum. Hoc autem ius dominij proprietatis est. Quemadmodum ergo omnipotentia absoluta est à possibilitate creaturarum: quia est potentia omnium possibilium productiua, si fuerint; ita est potestas Deo intrinseca absoluta ad omnem rei usum.

si fuerit: ita vt conditio non apponatur dominio, sed eius actibus, & obiecto. Vltimo probatio huius conclusionis ex probatione sequentis delinetur.

5. Dico 3. Dominium Dei vltra existentia ad possibilia omnia extenditur. Probatur ex scriptura dicente Deum *vocare ea, quæ non sunt, sicut ea quæ sunt*: scilicet possibilia in statu puræ possibilitatis, & ex pura sui negatione: ea vero vocatio actus dominij est, quo excellentia dominij diuini prædominij creatis clarescit. Cum enim nulla sit potestas extrahendi res ex nihilo sui, nisi in Deo; ita, nisi in illo, dominium in nondum existentia esse non potest; sed solum in existentia, quæ desinit pro arbitrio creato possunt, vel conseruari: quare in creatis Dominij rei existentia ad dominium expectatur, secus in Deo, ob rationem datam: ex quo vterius constat dominium intrinsecum, & attributale Dei amplius, quam ad possibilia extendi. Neque eis solum conseruari. Cum enim in omnipotentia Dei fundetur, æque, atque ipsa patere debet: ac proinde, sicut hæc amplior de se possibilibus est, sicut & immetitas omni loco etiam possibilibus amplior: ita & de dominio Dei philosophamur, vt, de se, vltra possibilia extendatur. Rerum igitur creatio, & conseruatio earum possessio Dei est non dominium, vt initio questionis docebamus.

6. Restat vero examinare an dominium hoc in creatura omnia Deo intrinsecum, quod eius attributum esse diximus, distinctum attributum ab omnipotentia sit. Nihil enim amplius esse videtur, quam potestas producendi, & conseruandi, vel secus pro arbitrio Dei conseruata, & singula creatura possibilia, vel existentia. Sed tamen distinctum ab omnipotentia attributum est, licet an ea fundetur, tanquam in titulo, vt hæc ostendimus. Ex enim omnipotentia est virtus, & potestas physica producendi, & conseruandi creatura, vel secus, in voluntate Dei formaliter stare, vt supra docuimus, admitteratur. Potestas Dominij vero est potestas ciuili, moralique potentia, non quidem creandi, & conseruandi, vtcumque, sed sine iniuria alterius. Denique disputari hic potest an dominium proprietatis diuinum sit additum Deo, atque in aliquam creaturam transferibile: atque an aliqua ex parte Deo minui possit: & de secundo patet ex dictis nulla ex parte Deo minui posse, est creatura omnes perirent, imo, per impossibile, possibilia omnia ad impossibilitatem migrarent: cum absolutum à creatis, earumque existentia, & possibilitate cuiusmodi dominium sit. De primo vero fute equius citato loco de incarnatione: vbi à Deo in abdite cuiusmodi dominium ostendimus. Quod ipsum de potestate iurisdictionis, seu regali dictum pura ob rationes similes, ne iterum ea de re quæst. 2. vel inquiratur.



QVÆSTIO II.

De Regia Monarchica Dei potestate, quæ iurisdictionis Dominium est.

HO est alterum dominij genus, quod iurisdictionis dicitur. Etque potestas gubernandi subditos: cuius actus sunt præcipere, prohibere, permutare, præmiare, &c. quæ, si absoluta à superiore est, regia sit in eo ordine, quo absoluta à superiore est, regia potestas est: quod si nulli omnino in ordine villo subdatur est suprema. Vnde apud homines suprema potestas nec datur nec potest, licet Monarchia possit dari, quæ in totum mundum sit: quia & hæc Dei potestati necessario subiecta est.

CERTAMEN VNICVM.

Dominium supremum iurisdictionis, seu regia Monarchica suprema Dei potestas de fide adseruitur.

1. **C**onclusio, vt titulus fert, est de fide 1. ad Timoth. 1. *Rex sacerdotum*: dicitur Deus, sicuti & Psalm. 144. *Regnum tuum, regnum omnium seculorum.* & c. 6. *Rex Regum, & Dominus dominantium.* Quæ etiam habentur Apocal. 19. num. 16. Ex quibus totius mundi supremam Monarchiam, & Regem aperte, ac de fide Deum esse monstratur. Cum eorum, qui reliquorum mundi Reges sunt, Rex, & Dominus ab scriptura dicitur esse, foreque per sæcula, & æternitatem. I. e. irrationabilibus etiam, & inanimatis plura habentur in libris Iob testimonio, quibus vocare ea Deum, ipsaque præfatio esse, atque eius voci obedire suo modo dicuntur: Mathæique 8. cum Christi imperio adiuuantis ventorum incursum maris magna tranquillitas fieret, mirantes spectatores clamabant: *quis est hic: quia venti, & mari obediunt ei?* vbi Hieronym. Ex hoc loco intelligimus, quod omnes creature sentiant creatorem: non errore hereticorum, qui omnia putant animantia; sed Maiestate conditoris, quæ apud nos insensibilia, illi sensibilia sunt. Et Apoc. 5. dicitur: *Omnem creaturam, quæ in calo est, & super terram, & sub terra, & in mari omnes audiuere dicentes: sedenti in throno, & agno benedictio, & honor, & gloria, & potestas (græcè imperium) in sæcula seculorum.*

2. Probatur secundo: quia actus omnes, actus potestatis, seu dominij iurisdictionis, & regie exercere potest: imo, & exercet. Præcipit, & prohibet legitime, iustissimeque, vt ex scriptura passim constat à Deo extraordinaria & præcellenti iurisdictione, à materia independente, vt leuissima quæque, voluntate sua graui efficeret, ac sub mortali posse vel præcipere, vel prohibere: vt pro dolor: in prohibitione prima eius de fructu arboris scientiæ boni, & mali malo nostro didicimus. Secundo: summam habet potestatem puniendi, de factoque malos æternis supplicis addicit, punitque ex scriptura, & fide. Summam item potestatem præmiandi, ac de facto infætabilibus præmiis bene de se meritis rependit, vt scriptura etiam, & fides docent. Denique: quod permittendi habeat potestatem certius est, quam, vt probatione indigeat: pleraque enim nobis permittit, quæ potest prohibere: imo vero tam pauca, & exigua horum comparatione prohibet, vt omnium fere nobis copiam faciat. Peccati permissio huius potestatis permittendi, de qua nunc, actus non est, sed vel potestatis puniendi, si in penam peccati sit, vel dominij proprietatis Dei erga sua dona, & rationales creaturas, vel prouidentie.

3. Regia huius supremæ potestatis, seu dominij iurisdictionis tituli naturales sunt. Suprema ipsius excellentia, tum in essendo, tum in scientia, & voluntate, & potentia: ob quæ natura sua ad gubernanda omnia præstantissimus est. Sicuti animis rationalis, quæ talis ob sui præstantiam ad gubernandum corpus, eiusque membra: ac Spiritus Angelici ad gubernandum mundum inferiorem corporeum, & sublunarem: & maritus uxorem. Quia nimirum hi omnes rebus præfatis natura sua in scientia, voluntate, & potentia præcellunt, ac proinde eis natura sua præfunt. Secundo ratione causalitatis, seu causæ in actu primo omnium. Naturale hoc iurisdictionis dominium, & regium ius, ac potestatem Deus habet. Sic naturale ius gubernandi filium quandiu directione, & gubernatione eger, habet Pater. Imo in creaturas participatiue, & imitatiue ob cuiusmodi titulos dominium naturale iurisdictionis à Deo descendit: nec non naturalia iurisdictionis dominia creatura, quæ tyrannides non sunt.

ORTEGA
D. V. I. A.

sunt, sed legitima à Dei voluntate promanant, vt Christus ad Pilatum aiebat. Imo, & quæ tyrannica sunt à Dei permissione descendunt, vt pote omnium potellarum Domini.

4. Ex dictis quam plures regie Dei potestatis à similibus creatis differentie facile comperientur, quare & eas recensere omitto. Possunt autem de regia hac Dei potestate, seu dominio iurisdictionis ea omnia disputari, quæ de dominio proprietatis diuino discussa à nobis sunt quæst. 1. Primo an dominiij naturalis diuini titulus causæ vniuersalis, sit causæ vniuersalis in actu secundo? an in actu primo? qua in quæstione postremum censeo, ob rationes, quas in simili dedi quæstione illa 1. Secundo an huiusmodi dominium iurisdictionis sit, siue in totum, siue in partem à Deo abdicabile, atque in creaturam transfe-

ribile? cui in terminis respondi eadem quæst. cert. e. n. vlt. negatiue. Tertio, an ex parte saltem possit Deo imminui? etiam respondi negatiue ibidem. Quarto an regia hæc potestas, & iurisdictionis dominium sit attributum Dei à reliquis distinctum? & quidem ex dictis etiam conitat attributum Dei, & prædicatum Deo intrinsecum esse: cum eius tituli omnes intimi Deo sint, neque aliquid extrinsecum spectent: quod autem diuerium à reliquis attributis, & essentia prædicatum sit facile etiam ex dictis apparet. Est enim diuersa omnino potestas, atque ad diuersos actus ordinata, quam nullum attributum eorum, in quibus tanquam titulis fundatur, formaliter continet. Et hæc satis de Dei essentia, & attributis non vitalibus, quæ Dei scientiam, & voluntatem in se non continent; nec supponunt.



CONTRO

enim sicut Demus ab Architecto, inquit, in fieri solum à Deo creata pendet. Proinde cum Dominus ait: Pater meus usque modo operatur: continuationem quandam operis eius, quæ uniuersam creaturam continet, & administrat, ostendit. Quod sicut ex Scriptura probat: Et cap. 27. In chiro. Non sane creatoris desistente, bonitate, & malis Angelis ministrare vitam, uiuacemque potentiam: quæ ministratio, si auferatur, continuo interibunt. Quæ pluries alibi repetit. Ambrosius 7. in Luc. cap. 23. Denique: ut Deus ab operibus mundi quiescit? non ab operibus, cuius sempiterna, & ingis operatio est: sicut filius ait: Pater meus usque modo operatur & ego operor. In quem sensum hunc locum interpretatur Chrysost. hom. 27. in Ioann. Cyrill. 2. in Ioann. cap. 183. Theophylact. in 5. Ioan. apud Caten. S. Thom. August. iterum tract. 17. in Ioann. & quidem, cum ex Dei operatione sabbato erga omnia à mundi initio, paralytici curationem in Sabbato à se factam licet contra obmurmurantes Phariseos ostendat eo loci Christus male ostenderet, si rerum conseruatio à Deo non esset, nisi, quatenus primo in mundi creatione produxit, quæ postea sese conseruarent, ac propria operatione tuerentur. Neque enim magis operari postea cunctis diebus, Sabbati etiam Deus dici potest, quam, qui die Lunæ horologium, aut aquæ ductum continuo, ac proinde etiam Sabbati die, currentem struxisset. Accedat illud Matth. 5. Qui solem suum oriri facit super bonos, & malos; & pluit super iustos, & iniustos. Quibus quotidianam in nos Dei beneficentiam, non antiquam solum in prima rerum conditione, Christus commendat: maxime, cum tunc mali, & iniusti non fuerint. Dionys. 13. de diuin. nom. Perstringens ad omnia pariter, & supra omnia indeficientibus largitionibus, & interminabilibus operationibus, eamque largitionem esse semper eandem, & ineffabilem, & immutabilem: essentialem creaturarum à Deo dependentiam in essendo quandiu sunt hæc omnia scripturæ, & Patrum testimonia supponunt, quam supra diximus, quamque clarius nos docuit Bern. 5. de considerat. his verbis. Quid item Deus, sine quo nihil est? Tam nihil esse sine ipso, quam nec ipse sine se potest: ipse sibi est: ipse omnibus est: ac per hoc quo d' ammodo ipse solus est, qui suum ipsum est, & omnium esse. Ex quibus constat rerum omnium à Deo conseruationem de fide esse (ut supra citatus Hieronymus) Sicut etiam Dei cooperationem cum illis. Quare titulus hic Dominij diuini increata omnia, quæ sunt, inconcussa fide tolli nequit.

CERTAMEN II.

Prefati, alique tituli dominij diuini examinantur. Vbi de huius ad possibilia extensione.

1. **D**vos alios, vel tres titulos dominij diuini video ab auctoribus circumferri, qui mihi non probantur. Primus est gubernationis rerum omnium, quem quidem, si secludas rerum conseruationem, quæ in earum gubernatione includitur, atque secundus titulus dominij diuini increata conseruatur; tertium eius dominij titulum esse non video, sed iurisdictionis, seu Regni diuini actum, atque in creaturis rationalibus gratitudinis incitamentum; Quartus titulus redemptionis conseruatur à feruiture peccati, diaboli, & pœnæ. Sed præterquam titulus hic creatis omnibus communis non est, hominum tantum redemptionis dominij diuini, de quo disputamus titulus non est; sed dominij humanitatis Christi, seu eius, qua hominis in se recipit. Quintus titulus numerari solet (sed præcipue à Lestio 10. de attrib. cap. 5. §. quartus titulus) dominij diuini increata ratio ultimi finis, quæ in Deo respectu creaturarum est, ita, ut omnia natura, & essentia sua ad Dei gloriam, & propter Deum, cuiusque bonitatem sint facta: sicut artefacta, quia ad commodum, uoluptatemque hominum condita sunt, eis necessario debent inferuire.

2. Quod autem rerum omnium finalis causa Deus, cuiusque gloria sit probatur communiter ex Proverb. 16. Vniuersa propter semetipsum operans est dominus: impium quoque ad diem malum. Et ad Hebr. 2. Propter quem omnia. Et ad Roman. 11. Ex ipso, & per ipsum, & in ipso (græcè ἐκ αὐτοῦ) in ipsum seu propter ipsum. sunt omnia. Sed, ut taceam Deum cuiusque gloriam causam ipsi finalem omnium, quæ facit, propriam non esse, ut controuer. de uolunt. ostendam, neque id citatis locis, maxime Pauli, contineri: quod dicitur eum esse titulum necessarium, & essentialem dominij creaturarum omnium falsissimum est. Ordinatio enim alicuius in alium tanquam finem, neque fini, dominij, neque ordinato ad illum, feruitus respectu illius, titulum affert, ut mille exemplis claret. Dicuntur autem media, & quæcumque, siue natura, siue ex arbitrio ordinata sunt, fini feruire, siue inferuire, non quidem feruiture propria, quæ dominio proprietatis responderet, (de quo in præfati) sed quatenus feruitus conseruationem significat, & feruire, conseruare: id clarius significat uerbum *inferuire*; quod in re hac uerbo *feruire*, de medijs respectu finis dicto, profus aquiualeat, & rigore sermonis responderet.

3. Sed, licet solidiores duo illi tituli creationis, & conseruationis pro dominio diuino adstruendo appareant, communiterque à Doctores habentur: Cetero tamen dominium diuinum eis titulis non fundatur; sed solius omnipotentia secundum se spectata, titulo à rebus, & operationibus ad extra absoluto diuinum dominium reuera inniti. Licet enim dominium respectum ad id cuius, seu in quod dominium est necessario sonet, neque aliter à nobis concipi queat: ac proinde illud concernat; sic tamen uera è genere suo, neque illud connotat, nec respicit. Quemadmodum neque actiua potentia è genere suo effectus possibilitatem concernit; licet nec significari, nec concipi sine respectu ad illam à nobis possit, ut de omnipotentia diuina ostendimus d. 7. quæst. 3. & de creatis potentis agentis cuiusvis naturalis uerolissimum indicabamus controuer. physicor. Et sanè, si quidem de physica potentia, seu potestate esset: De cuius uero dominij potestate planius est: cum potestas iudiciaria, quæ non minus subditos concernit sine eis actu assignatis absoluta esse possit: ut constat ex antiquis iudicibus Castellæ, qui nondum designatis subditis, & iurisdictione, potestatem absolutam iudicij riam habebant; licet ex parte obiecti conditionatam; & in potestate ordinis sacerdotalis, antequam ab ordinario ad confessiones audiendas approbentur. Si autem dominium, qua dominium, reallem, & uerum respectum non dicit ad rem, in quam est, ita est de Dei dominio censendum: cum diuinum quoduis prædicatum independentia omnis à creatis rebus, adhuc possibilibus, nedum existentibus, etiam tanquam à connexionis terminis magis deceat.

4. Insuper probatur: quia dominium Dei absolute attributum Dei est, ac proinde Dei intrinsecum, & essentialiter physicè: ergo omnino absolutum à creaturis, maxime existentibus; alioqui eis, ut possunt, deficientibus aliquid Deo intrinsecum deficeret. Quod autem dominium Dei attributum intrinsecum sit constare uideatur. Inde enim prouenit, quod nullius creature dominio abdicare se Deus possit, ut uisè ostendimus controuer. 3. de incarnat. d. 1. quæst. 2. Dices dominium creaturarum non esse attributum Dei intrinsecum, & essentialiter, ac proinde inabdicabile; sed, quia, cum fundetur in necessaria creatione, & conseruatione illarum à Deo co ipso, quod sint, sub dominium Dei non cadere, ab illoque subtrahi nequeunt: sicuti neque dependentia ab ipso se subtrahere. Sed contra est: quia, nisi aliud in Deo supponatur, nempe omnipotentia, & uoluntas, quibus potest rem producere, & conseruare, vel secus, ex præcisa productione, & conseruatione, nec dominium, neque inabdicabiliter illud haberet: est ergo in Deo ius, & potestas antecedens creationem, & existentiam rerum, ut, ubi primum sint, sine alicuius iniuria eius uoluntati, & arbitrio subiacent in omnem earum usum. Hoc autem ius dominij proprietatis est. Quemadmodum ergo omnipotentia absoluta est à possibilitate creaturarum: quia est potentia omnium possibilitate productiua, si fuerint; ita est potestas Deo intrinseca absoluta ad omnem rei usum.